

laudibus, & Theodoreus lib. 4. Hist. Eccles. cap. 19. ubi ejus cum Valente Imperatore Ariano congreßum describit.

Opera genuina S. Basillii sunt: *Homiliae novem in Hexameron*. *Homiliae 22. in Psalmos*. *Homiliae 31. de variis argumentis*. *Libri duo de Baptismo*. *Adversus Eunomium libri quinque*. *Ad Amphibolium de Spiritu Santo*. *Sermo de abdicacione rerum*. *De vera ac pia fide*. *Eibica*, seu *Moralia*. *Asctica*, seu *de Institutionibus Monachorum*. *Sermones duo*. *Regula fuisse disputata*. *Regule breviores*. *Constitutiones Monastice*. *Epistola ad Chilonem Anachoretam*. *Ad Amphibolium Epistole Canonicae tres de Pénitentia*. *Epistola alia 428. Liturgia*, sed *interpolata*. *Conciones Morales 24. Commentarius in sexdecim Capita Isaiae*.

Opera supposititia S. Basillii sunt: *Homilia decima*, & *undecima in Hexameron*. *De Grammatica exercitatione libellus* (qui a Moschopulo editus est). *De Consolatione in adversis*. *De laudibus Eremi*, seu *vite solitaria* (Fragmentum excerptum ex opere S. Damiani). *Admonitio ad filium Spiritualem*. *De vera Virginitate ad Letojum Melitensem*. *Precatio cum Sacris operaretur*. *Fragmentum Epistole ad Julianum Imperatorem (a)*. „ (a) *De S. Basilio ejusque Scriptis arbitror*, diligentius per vestigias neminem supra D. Julianum Garnerium Benedictinum, S. Mauri Monachum, editorem novissimum Opp. S. Basillii, cuius opus prodii Parisiis ann. 1722. tribus in sol. voluminibus. Vir iste longe doctissimus in dupli eruditus Praefatione agendum sibi proponit de sincera S. Basillii Scriptis, deque iis, quæ ejus nomen mentiuntur. Ex hoc autem discimus, *Commentarium in Isaiam reji ciendum* ab illo esse, sicut & de libris quinque in *Eunomium* tres tantummodo priores S. Doctori adjudicandos, alienos vero esse reliquos duos. Ita pariter a Basilio rejicit *Commentarium de Spiritu Sancto*, *Homiliam in S. Barlaam*, quam Chrysostomo melius convenire juc dicat; *Homiliam in S. Baptisma*, alteram in *Lacizis* habitam, alteram pariter in *humanam Christi generationem*, sicut & quæ inscribitur *In pénitentiam*, ut & sequentes hasce: *Homiliam in eos qui calumniantur nos &c.* *Homiliam de libero arbitrio*; *Homiliam ne dederis somnum oculis meis*, *Homiliam III. in Jejunium*. Idem fert *judicium de Sermonibus Asceticis* duobus. Aequior est in *regulis fussores* & *breviores*. Vicissim autem rejicit in *Eustathium Sebastenum Constitutiones Monasticas*. Argumenta, quæ illum suadent, ducuntur potissimum ex diffimilitate stysi cum Basiliensis; sicut plures voces Basilio indignas, vel insuetas in illis reperit adductis in rei evidentiam exemplis. Adeat Lector has Praefationes, & plura deprehendet nova penitus & selectissima, quæ Historiam Ecclesiasticam diligenter emendant, & mirifice illustrant.

A S. Basilio se Jungi non debet S. Gregorius Nazianzenus cognomento *Theologus*, qui, ut mox dixi, summa cum eo necessitudine devincens fuit. E patre Gregorio, & matre Nonna genitus Gregorius circa annum trecentesimum primum pro-

dit in lucem: cumque jam adolevisset, Athenas anno 326. sese contulit, ubi cum S. Basilio per triginta annos studiis operam navavit. Postea, Sazimorum factus est Episcopus, sed paulo post relicto illo Episcopatu, Nazianzenæ Ecclesiæ vivo adhuc patre ejusdem Ecclesiæ Episcopo, curam suscepit, ea tamen lege ut, demortuo patre, a regendæ illius Ecclesiæ debito solveretur. Quapropter, patre jam centenario vita functo, a Nazianzena recessit Ecclesia, & Constantinopolim venit, ubi cum Arianis, diu, multumque fudavit, & Episcopalia per aliquod tempus munia obivit. Sed occasione tumultum, quos in Ecumenico Concilio Constantinopolitano primo exticitarunt Timotheus Patriarcha Alexandrinus, & alii Præfules, dignitate Episcopali sese sponte abdicavit Gregorius, & Nazianzenum secessit. Sed antequam Constantinopoli discederet, Orationem habuit ad populum, quæ est trigesima secunda, in qua de fastu, ambitione, & contentionibus Episcoporum sui temporis multa eleganter praefatus, sic postea de se ipso loquitur Sanctus Pater: *Hec quoque fortasse nobis exprobaverint, jam enim exprobaverunt, quod nec mensa lauta & opipara, nec magnifica ueste utimur, nec splendide in publicum prodimus, nec ad eos, a quibus convenimus, gravitatem & fastum adhibemus. Nesciabam, scilicet, nobis cum Consulibus & Prefectis emulationem, & certamen esse, illudque oportere, ut & nobis Pauperum bonis ad luxum, bus in sol. voluminibus. Vir iste longe doctissimus in dupli eruditus Praefatione agendum sibi proponit de sincera S. Basillii Scriptis, deque iis, quæ ejus nomen mentiuntur. Ex hoc autem discimus, *Commentarium in Isaiam reji ciendum* ab illo esse, sicut & de libris quinque in *Eunomium* tres tantummodo priores S. Doctori adjudicandos, alienos vero esse reliquos duos. Ita pariter a Basilio rejicit *Commentarium de Spiritu Sancto*, *Homiliam in S. Barlaam*, quam Chrysostomo melius convenire juc dicat; *Homiliam in S. Baptisma*, alteram in *Lacizis* habitam, alteram pariter in *humanam Christi generationem*, sicut & quæ inscribitur *In pénitentiam*, ut & sequentes hasce: *Homiliam in eos qui calumniantur nos &c.* *Homiliam de libero arbitrio*; *Homiliam ne dederis somnum oculis meis*, *Homiliam III. in Jejunium*. Idem fert *judicium de Sermonibus Asceticis* duobus. Aequior est in *regulis fussores* & *breviores*. Vicissim autem rejicit in *Eustathium Sebastenum Constitutiones Monasticas*. Argumenta, quæ illum suadent, ducuntur potissimum ex diffimilitate stysi cum Basiliensis; sicut plures voces Basilio indignas, vel insuetas in illis reperit adductis in rei evidentiam exemplis. Adeat Lector has Praefationes, & plura deprehendet nova penitus & selectissima, quæ Historiam Ecclesiasticam diligenter emendant, & mirifice illustrant.*

Opera supposititia S. Gregorii Nazianzeni sunt: *Metaphrasis*, seu *Translatio in Ecclesiastem*, quam Gregorii Thaumaturgi Opus esse constat. *Cribrius patiens Tragœdia*, quæ Apollinari Laodiceno, ceu legitimo Auctori tribuenda est. *Quæstiones tom. 2. Operum S. Leonis Dissert. 14. de libellis in Codice veteri Romana Ecclesiæ conten*tis,

tis, existimat *Tractatum de Fide*, qui latine tam tum extat ex versione Rufini, quippe Gregorio Nazianzeno adscribitur, legitimum fœtum esse *Gregorii Bætici*, cum appareat Auctorem illius Operis latinum suisse, & Græco idiomatico donatum Gregorio Nazianzeno adscribi potuisse. Quare, perperam *Tractatus iste Orationis 49. locum inter Opera Gregorii Nazianzeni obtinet*. Ejusdem Gregorii Bætici est *Tractatus de Fide Nicæna*, qui *Orationis 50. locum* habet inter Opera S. Gregorii Nazianzeni, si jam citati Quæstionelli conjecturæ, apud ipsum legendæ, sint admittendæ.

Postremo, S. Gregorius Nyssenus, S. Basillii frater natu minor, & Nyssæ in Cappadocia Episcopus, Ecclesiæ Græcæ in quarto Ecclesiæ saeculo fuit itidem splendidissimum lumen, & ornamentum. Antequam ad Nyssenam Sedem eveheteret Gregorius, fuit conjugio mancipatus, & *Theosebia* sceminae sanctissimæ sponsus, & celeberrimus Rhetorices Professor. Sed Theosebia sponte Deo dicata ad Sacerdotium promotus est, & deinde anno 372. Episcopus Nyssenus ordinatus. Porro, cum Nyssenam Ecclesiam S. Gregorius sanctissime regeret, Orthodoxamque fidem, & Ovile Christi contra grassantes Arianæ Sectæ lupos strenue propugnaret, a Valente Imperatore in exilium abire jussus est. Sed hoc Imperatore e vivis rapto, ad Sedem suam rediit. Intersuit Concilio Constantinopolitano primo, in quo ob singularem, qua pollebat, eruditio, & ob eximias suas dotes, vitæque puritatem, sibi apud omnes magnam famam comparavit. Ejus suffragium in maximi momenti negotiis plurimi fecerunt illius Concilii Patres, & cum ab eis necessaria putaretur expiatoria confessionis fidei præscriptio, præsertim in *Articulo de Spiritu Santo*, ejus adornandæ cura illi demandata est. Hoc autem est *Constantinopolitanum Symbolum*. Ultra annum 394. vitam produxit S. Gregorius, & incerto anno mortalitatem complevit. Mulra editit Opera, quæ extant in Editione Parisiensi anno 1605. a *Frontone Ducale* publicata. Quædam tamen illius Sancti Doctoris Opera deperdita sunt, videlicet: *Expositiones in Proverbia*. *Contra Ablavium de Patriis, Filii, & Spiritu Sancti divinitate*, nisi forsitan ob argumenti affinitatem dicatur, idem esse opus cum libello ad *Ablavium*, qui nunc extat. *Commentarii in Epistolam D. Pauli ad Philippenses*.

Opera Ipatia Gregorii Nysseni sunt: *De Naturâ humana*, seu *de Philosophia libri octo*, qui Nemesis esse putantur. *Oratio in Mulierem Peccatricem*. *Oratio in principium Jejuniorum*. Ha quippe duas Orationes, ut videre est apud Photium Cod. 271. edita sunt ab Asterio Amaseæ in Ponto Episcopo, cuius aliqua Opuscula publicavit; & in linguam Latinam convertit doctissimus Cotelelius in tertio Tomo Monumentorum Ecclesiæ Græcæ. De Operibus etiam istius Asterii Amasensis Episcopi legendus est *Labbæus* in Dissertatione de Scriptoribus Ecclesiasticis. (a)

(a) Consultius egisset P. Gravesonius, si in recensendis operibus S. Gregorii Nysseni excur

„ risser editionem Græco-Latinam anni 1615. potius quam editionem latinam anni 1605. plura enim in postrema hac adjecta sunt, quæ in priori non extant. Infuper adeunda erat collectio monimentorum veterum Laurentii Zaccagnii, in qua nonnulla extant Gregorii Nysseni nondum evulgata, quædam etiam suppleta seu dempta sunt ab eodem Zaccagnio ex fide Græci codicis Vaticani, quæ sane Nyssiana non sunt, ut e. g. lacunam, quæ in Homilia contra fornacarios idem Scriptor supplevit. Ita pariter in libello: *Testimonia SS. Trinitatis &c.* postrema illa pars continens explicacionem illius, Joannis 19. 34. *Ram exiit sanguis & aqua*, deest in Græco codice ab eodem Zaccagnio vulgato, eademque sane merito abest, cum ab eo scripto sit aliena. Infuper addendum, nonnulla Nysseni adjecta esse editioni anni 1615. quæ prodierunt Parisiis anno 1618. in modum appendicis. Demum hæc appendix transfusa est in novam editionem Parisiensem anni 1638. Consule de his omnibus Fabricium Bibliothecæ Græca cæ tom. VIII. pag. 161. &c.

D. Quæ haec tenus de nobilioribus Græcis Scriptoribus dixisti, lubenti animo auscultavi, perge nunc, si placet, de illustrioribus Latinis Scriptoribus, qui in quarto Ecclesiæ saeculo floruerunt, eadem brevitate cum claritate conjuncta disse rere.

M. Præcipui Scriptores Latini, qui quarto nominis Christiani saeculo floruerunt, sunt S. Ambrosius, S. Hieronymus, & S. Augustinus. Verum quia duo postremi Patres exente dumtaxat quartu saeculo, & ineunte quinto ad scribendum animum appulerunt, opportunius de illis in Historia Scriptorum quinti Ecclesiæ saeculi sermonem insti tuemus.

D. Describe igitur vitam Sancti Ambrosii, qui, ut sèpius audivi, doctrina, & pietate Ecclesiam mirum in modum illustravit, & unus est e quatuor Ecclesiæ latini Doctoribus.

M. Annus, quo Ambrosius, postea Mediolanensis Episcopus, prodit in lucem, incertus est. Præferenda tamen est opinio doctissimi Hermanni, qui in vita Sancti Ambrosii lib. I. cap. 3. arbitratur, Sanctum Ambrosium anno circiter trecentesimo quadragesimo esse natum. Pater ipsius fuit Ambrosius Civis Romanus, & Gallicarum Praefectus. Unde Theophilus Raynaldus Societ. Jesu evincti, Sanctum Ambrosium in Urbe Arelateni natum esse, quia ex Constitutione Honoriana anno quadringentesimo decimo octavo data, & ex libello precum Episcoporum Gallicanorum ad Sanctum Leonem Pam conflat, Civitatem Arelatensem fuisse Sedem Praefecti Praetorio Galliarum. Mortuo pa tre, juvenis adhuc Ambrosius una cum sua sorore Marcellina, & Satyro fratre natu majore Romanum a pia matre perductus est, ubi probis moribus institutus, & litteris optime excultus, ita Anicio Probo Praetorio Praefecto gratus fuit, ut ad Insulam, Liguriam, & Æmiliam cum In signibus Consularibus regendas ab ipso missus fuerit, cum hac prævia admonitione, ut has

Provincias, non ut Judex, sed ut Episcopus, administraret. Quæ vox non tantum admonitio, sed & Vaticinium fuit: Nam paulo post mortuo Auxentio Mediolanensi Episcopo Arianu, convernunt Episcopi, ut alium in ejus locum sufficerent. Sed cum Electores essent partim Catholici, partim Arianu, ac subinde seditionis periculum immineret, sui officii esse duxit Ambrosius venire ad Ecclesiam, ut omnes ad concordiam, depositis hinc inde diffisiis, hortaretur. Dum autem peroraret Ambrosius in Ecclesia, sic omnium in se oculos, animos, cordaque convertit, ut de repente omnes in ejus electionem consenserint. Frustra Ambrosius, ut hoc onus excuteret, omnem lapidem movit. Probante siquidem cum gaudio ejus electionem, immo jubente Imperatore Valentiniano, primum baptizatus est ab Episcopo Catholico (erat enim Ambrosius tantum Catechumenus) deinde, octavo post die, qui fuit septimus Idus Decembri, & incidit in diem Dominicam, Pontifices induit vestes, & Episcopus Mediolanensis consecratus est anno 374. Hac nova dignitate auctus Ambrosius, dimisissis negotiis, bonisque temporaneis, omnes suas curas, & cognitiones ad exercenda omnia boni Pastoris officia convertit, & quamvis ante Ordinationem suam sacra Religionis Christianæ Mysteria plene edocitus non esset, sic tamen graviter studio incubuit, ut ad ea populo dilucide explananda, & contra Heterodoxos acerrime pugnanda perfectus, absolutusque Doctor evaserit. Arianis implacabile bellum indixit, auctoresque fuit, ut duo Episcopi Palladius, & Secundianus, qui hac Hæresi erant infecti, in Concilio Aquilejensi anno 381. celebrato fuerint damnati. Constantia Sacerdotali restitutus Justinae Arianæ scemina, & matri Valentini junioris, quæ cum Sancto illo Antistite egit, ut Basilicam Arianis concederet, ubi suos & ipsi conventus celebrarent; sed Ambrosius sancti propositi tenax nullis promissis, aut minis ad id infecti, ullatenus potuit. Quin, & ipsius patrocinium implorare coacta fuit eadem Justina. Nam cum eodem tempore Maximus Tyrannus Gallias invasisset, & ad Italiam properaret, Justina, & Imperator Valentinianus junior miserunt Sanctum Ambrosium ad Maximum, ut sua eloquencia, ac prudentia imminentem Italiam cladem avtereret. Tanta erat illius Praefulsi astimatio, ut Tyranno exarmando par esse videtur. Devicto postea Maximo Tyranno a Theodosio Magno, Ambrosius pari constantia eidem Theodosio Imperatori restitutus, qua Justina obfiterat. Impedivit quippe, ne Synagoga, quam Judæis Theodosius concedere volebat, restitueretur, & ne Ara Victoria, quam Symmachus instauraverat, erigeretur. Infracto itidem animo Ambrosius Theodosium ob cædem Thessalonensem redarguit, & Ecclesiæ aditu prohibuit: quam pœnam religiosus ille Imperator non solum aquo animo tulit, sed ex praescripto Ambrosii publicam pœnitentiam agens, legem edidit, ut latæ in reos sententiæ executio in

dies 20. procrastinaretur. Commotus etiam Imperator tot Sancti hujus Praefulsi virtutum præstantia, publice exclamavit: *Ambrosium novum, qui solus digne vocetur Episcopus.* Anno 392. Valentiniano juniore Imperatore, qui Sanctum Ambrosium impense colebat, a Comite Arbogaste Viennæ interfecto, tyranndem arripuit Eugenius, sub quo multa passus Ambrosius, relicto Mediolano, Florentiam secessit anno 393. Sed anno sequenti Mediolanum rediit, postquam Eugenius Tyrannus ex hac Urbe egressus est contra Theodosium Imperatorem pugnaturus. Prælium duabus diebus anticipi Marte duravit, sed tandem victor Theodosius prostravit Exercitum Eugenii, & inter fugitivos captus ipsem Eugenius, & ad Theodosium perductus, capite plexus est. Mortuo Eugenio, Ambrosius tranquille Ecclesiam Mediolanensem rexit: obiit die 4. mensis Aprilis anni 397. ætatis sua 57. Episcopatus 23.

D. Compendiose vitam Sancti Ambrosii descripsisti; superest, ut breviter ea indices, quæ scripsit, Opera.

M. Sanctus Ambrosius multa edidit Opera, quorum genuina extant in duobus Tomis prioribus postremæ, & accurata editionis ejus Operum, quam in lucem dedere eruditæ Congregationis S. Mauri Monachi Benedictini. Opera Sancti Ambrosii, vel dubia, vel supposititia, inserta sunt in tertio Tomo ejusdem Editionis, qua si utaris, nullo negotio secernere poteris genuina Sancti Ambrosii Opera ab his, quæ huic Sancto Doctori perferam adjudicantur.

D. Potest ne certo affirmari, Canticum *Te Deum laudamus &c.* fuisse editum a Sancto Ambroso? hoc quippe in dubium revocari non posse nuperrime mihi affirmabant pii quidam homines, quibus tamen, utpote in Criticæ disciplina non multum versatis, necdum integrum fidem adhibeo.

M. Auctorem Cantici *Te Deum laudamus &c.* ipse incertum esse existimo. Legitur quidem in Chronico, quod Sancto Dacio Mediolanensi Episcopo vulgo attribuitur, Canticum istud a Sancti Ambrosio, & Augustino post hujus Baptismum alternis vocibus fuisse decantatum. sed apud peritos Criticos argumentum ex isto Chronico petitum non est magni ponderis. Eruditus quippe Pater Menardus Benedictinus in notis ad Sacramentarium Gregorii Magni asserit, istud Chronicon, ex quo hac defumitur narratio, non esse Sancti Daclii Mediolanensis Episcopi, quia non redolat stylum illorum temporum, atque etiam quedam falsa contineat. Post Menardum idem de hoc Chronico judicium tulit doctissimus Mabillonius Tom. I. Analectorum veterum Patrum pag. 3. Ad hæc, sunt quidam Scriptores, qui antiquissima profserunt Breviaria, in quibus hoc Canticum tribuitur vel Sancto Abundio, vel Sisebuto Monacho, vel Sancto Nicetio. Sunt etiam alii, qui istud Canticum tribuunt Sancto Hilario. Quapropter, in tanta sententiarum discrepancia, quamvis lubens ipse in eorum sententiam propendeam, quæ,

juxta

suxta antiquam, pervulgatam, & communiter receptam traditionem, hoc Canticum SS. Ambrosio, & Augustino vindicat, hæc tamen Auctorum, quibus hoc Canticum attribuitur, diversitas in causa est, cur nec possim, nec debeam certo affirmare, Sanctum Ambrosium esse Auctorem illius Cantici *Te Deum laudamus &c.* Immo pius, & doctus Cardinalis Bona negat in libro de *Psalmodia*, hoc Canticum fuisse editum a Sancto Ambroso. Eruditus quoque Acerba Benedictini Congregationis S. Mauri, qui postremam Ambrosianorum Operum Editionem Parisiis curauit, in admonitione, quam Hymnis Sancti Ambrosii præfixerunt, hæc habent: *De Canico Eucharistico Te Deum laudamus, piget hic anxie dicere. Nemo quippe est hac nostra ætate non planus ruditus, qui fabulam esse inficitur, quod cum Hymnum post baptismatum ab Ambroso Magnum Augustinum ab utroque alternis vocibus decantatum olim jactabant.* (a)

„(a) Chronicum, quod vulgo dicitur, Daciæ Mediolanensis Episcopi, nihil esse aliud, nisi Chronicon Landulphi Senioris a Cl. Muratorio vulgarium communis eruditorum sententia modo tenet, & agnoscit. Vivebat autem Landulphus seculo XI. declinante. Quamquam vero Landulphus Hymnum *Te Deum* tribuit S. Ambroso, non tamen id a Dacio accepisse se profiteretur; & siquidem affirmasset, nihil est quod ejus autoritati plurimum deferatur; multa enim ex impuris fontibus iste scriptor ebibit. Notat insuper Muratorius, atque validis argumentis demonstrat nullum extitisse ordinem Daciæ chronicon, & siquidem aliquod fuisse set sub ejus nomine vulgatum scriptum historicum, alium profecto extitisse operis illius auctorem oportet, quam Dacium Archiepiscopum Mediolanensem, qui sub Imperatore Juliano vixit, cum ex Dacio quædam a Mediolanensis scriptoribus memorentur, quæ ad octavum, & forte nonum seculum pertinenter, quo usque Dacus ille Archiepiscopus vitam produxisse non potuit. Quibus vero argumentis Muratorius evincat nullum a Dacio, neque etiam ab alio quodam Dacio recentiori produisse Chronicon, legas in ejus præfatione ad Chronicon Landulphi senioris insertum ter. Italic. tom. IV.

D. Floruerunt in quarto seculo alii Scriptores Ecclesiastici.

M. Inter Scriptores quarti saeculi enumerant nonnulli Sanctum Cæsarium Gregorii Nazianzeni fratrem, eique attribuunt Dialogos quatuor de divinis rebus. Sed nullum Sanctus Cæsarius inter Scriptores quarti Ecclesiæ saeculi locum habere debet; tum quia nec Sanctus Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri Fratris sui Cæsarii, quæ est ordine decima inter editas, nec Sanctus Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiæ. ulla a Cæsario edita Opera memorant; tum quia etiam verisimile non est, Cæsarium, qui ad finem vita fuit Catechumenus, eamque, teste Sancto Gregorio Nazianzeno in ejus funebri Oratione, transfigit in Aula, quatuor de divinis

Graveson Hist. Tom. I.

H 3 & Com-

rebus conscripsisse Dialogos. Hinc jure optimo eruditæ viri abjudicant Cæsario quatuor illos Dialogos, qui sub ipsius nomine extant in Bibliothecis Patrum. (b) Ad eamdem Apocryphorum Classem ablegant viri eruditæ *Synopsis de vita, & morte Apostolorum, Prophetarum, & Discipulorum Christi*, quæ sub Sancti Dorothei Tyrii Presbyteri, & Martyris nomine excusa est in Bibliothecis Patrum, quia fabulis, & mendaciis scatet, & est Sancto ille Martyre prorsus indigna. Omisis itaque Cæsario, & Dorotheo, cæteros in medium proferam Ecclesiasticos Authores, qui quarto seculo Christianam Religionem suis scriptoribus illustrarunt. In primis, occurrit Sanctus Amphilius Iconii in Lycaonia Episcopus, qui Hæreticos Messalianos a sua Provincia abegit, Fidem Catholicam contra Valentem Imperatorem Arianum constanter defendit, librumque edidit de *Spiritu Sancto*, quo ipsum verum Deum esse contra Macedonianos omni argumentorum genere probat. Varias ejus Homiliae græce, & latine publici Juris fecit doctissimus noster Combefisius, necnon vitam Sancti Basili, quam idem Combefisius, & post ipsum Cl. Pagius ad annum 362. Amphilius, ut legitimo Authori, attribuunt, quamvis Baronius, Bellarminus, Godefridus Hermantius, aliique viti eruditæ negent, hanc vitam Sancti Basili fuisse ab Amphilius descriptam, eo quod plura continere videatur, quæ veritati Historiæ repugnant. Cotelerius tom. 2. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ exhibit Sanctus Amphilius Epistolam Synodicam ad Episcopum, cuius nomen periret, & Synodi nomen tacetur. Obiit Amphilius anno 394. ejusque nomen inscriptum est Martyrologio Romano ad diem XXIII. Novembris. Maximus Cynicus, qui de Episcopatu Constantinopolitano cum Sancto Gregorio Nazianzeno contentionem habuit, librum de *Fide* contra Arianos scriptum, qui ad nos non pervenit. Diodorus Sylvani Tarsensis Discipulus, & Praceptor S. Chrysostomi, & Theodori Mopsuesteni anno 376. Tarsensis Episcopus consecratus, eruditos in Scripturam Sacram Commentarios adornavit, in quibus, prætermis Allegoricis sensibus, quibus ante ipsum alii Scriptura Sacra Interpretates plus æquo indulgebant, sensu litterali unice inhæret, unde maximam apud eruditos sui saeculi viros famam, & eruditiois gloriam sibi comparavit, sed post ejus mortem, & in sequentibus saeculis doctrina Diodori multis suspecta visa est, ipseque male audiit, quod prælufisset errori, quem postea de duabus in Christo Personis exerte docuit Nestorius Constantinopolitanus Episcopus. Fragmenta quædam Commentariorum Diodori adhuc extant in Catalogo Græcis. Timotheus in Sede Alexandrina Petri successor, scriptus, teste Sozomeno lib. 6. Hist. Ecclef. cap. 29. vitam Apollos, & aliorum Monachorum, qui in Ægypto, imperante Theodosio, floruerunt, quod Opus modo non extat. Epistolam ejusdem Timothei ad Diodorum refert Facundus lib. 4. cap. 2. in qua se Athanasii discipulum Thimotheus profitetur. Eusebius Vercellensis Episcopus multas scriptis Epistolas,

HISTORIA

& Commentarium Eusebii Cæsariensis in Psalmos latine verit, teste S. Hieronymo. *Hilarius* Romanæ Ecclesiæ Diaconus, qui Luciferianorum Schismati adhæsit, Auctor est Commentariorum in Epistolas S. Pauli, qui jam olim S. Ambrosio erant falso adscripti. Auctor est etiam idem Hilarius Operis *Quæstionum Veteris, & novi Testamenti*, quod perperam sub nomine S. Augustini alias circumferebatur. In his duobus Operibus, ut recte observat Possevinus in Apparatu, multa permiscet Hilarius, quæ Pelagianos redolent errores, & quæ benigna aliqua interpretatione molliri non posse videntur. *Pbilastrius* Brixiensis in Italia Episcopus scriptit librum de *Heretibus*, qui etiamnum perstat. *Philastrius* in Brixensi Episcopatu successit *Gaudentius*, qui plures Tractatus, seu Sermones habuit variis de argumentis, qui extant in Bibliothecis Patrum. *S. Paulinus* in Campania Italia Provincia Nolensis Episcopus, plures, easque elegantes scriptit Epistolas, & varia Poemata. Denique, missis aliis Scriptoribus, qui in quarto Ecclesiæ sæculo aliquas lucubrationes ediderunt, unum dumtaxat celebriorem proferam *S. Epiphanius*, qui in Palestina prope Eleutheropolim circa annum 320. natus, diu postea cum Monachis Ægypti, & Palestina versatus est, & *Constantia*, seu *Salamina* in Cyro Insula factus Episcopus. floruit sub Juliano, Joviano, Valente, Gratiano, Theodosio & Arcadio Imperatoribus. Gravem contentionem, occasione Origenistarum, habuit *S. Epiphanius* cum Joanne Hierosolymitano Episcopo, quem tanquam fauorem errorum Origenis accusavit; eaque contentio acris deinde recrudit *S. Epiphanius* inter & *S. Chrysostomum* Constantinopolitanum Episcopum, postquam videlicet Theophilus Patriarcha Alexandrinus collecta Synodo anno 401. Origenem damnavit, ac plures Monachos, quos doctrinæ Origenis adspiculi existimabat, e Monasteriis expulit. His siquidem Monachi suis e Sedibus extores Constantinopolim commigrarunt, eosque *S. Chrysostomus* benigne exceptos fovit obsequio, victuque quotidiana. Quod ægre admodum ferens *S. Epiphanius*, Synodus, eodem anno 401. in Cyro celebravit, in qua Origenem damnavit, & Epistolam ad *S. Joannem Chrysostomum* scriptit, ut eum induceret ad proficribendos Origenis errores. Quin, & ipse Epiphanius anno 402. Constantinopolim accessit, ubi cum *S. Joanne Chrysostomo*, qui tamen illum ad pacem omni officio invitavit, omnem perruptum communionem. Sed perspecta invicta *S. Joannis Chrysostomi* moderatione, tacitus abscessit, dumque ad suam reverteretur Ecclesiam, eodem anno, die incerto *S. ille Antistes* senio jam confessus mortalitatem explevit, quem ob quinque linguarum peritiam πεντάγλωττον appellarunt, multisque Encomiis sèpius Sancti Patres commendarunt.

(a) De Dialogis quatuor Cæsarii, fratri S. Gregorii Nazianzeni, & quius hodie judicant vi- ri docti contendentes fœtum esse sincerum hu- ius Cæsarii, cum præfertim illi a Photio Cod. 210. tribuantur, & argumenta in oppositum a

" Billio allata Lambecius tom. IV. prolixè re- futet. Ex quo fit, ut inter Ecclesiasticos scri- ptores merito referatur. Quin & Suidas in Le- xico affirmat Cæsarium contra Græcos scri- psisse; quod sèpè in hisce dialogis factum con- stat. Num totum opus Cæsarii typis evulga- tum sit, dubitari potest, cum Photius capita ejus Ecclesiastica 220. enumeret.

Opera genuina S. Epiphanii sunt: *Panarium adversus Heres* 80. *Ancoratus*, seu de Fide sermo. *Anacephaleosis*, seu *Panaria Epitome*. *Liber de Ponderibus, & Mensuris*. *Epistola ad Joannem Hierosolymitanum*. *Ad Hieronymum Epistola*.

Opera S. Epiphanii supposita sunt: *Physiologus*. *De Vita, & Interitu Prophetarum*. *De duodecim gemmis in veste Aaronis* (a). *Eiusdem libri Epitome*. *Orationes octo*, videlicet in *Festum Palmarum*; in *Christi Sepulturam*; in *Christi Resurrectionem*; in *Christi Assumptionem*; de *Laudibus B. Marie Virginis*; in *Festo Palmarum*; de *Numerorum Mysteriis*; de *Christi Resurrectione*.

Opera S. Epiphanii, quæ amplius non extant, sunt: *De lapidibus*. *S. Hilarionis Encomium*. *E- pistola plures*.

(a) *S. Epiphanius* liber *de duodecim gemmis in veste Aaronis*, cur inter Epiphanii spuria hic rejiciatur ignoro, cum ab eruditis vulgo omnibus admittatur, certoque constet de hoc argumen- to *S. Epiphanius* opusculum dedisse, teste S. Hieronymo in Epist. de vestitu Sacerdotum ad *Fabiolum*; nihilque in eo occurrat, quod ab ætate & more *S. Epiphanius* abhorreat, Inter scripta desperita *S. Epiphanius* merito recensendus est brevis Commentarius in *Canti- cum Cantorum*, quem Cassiodorus Divin. Lect. cap. 5. curasse se ait, ut in latinum verteretur. D. Cum de Viris Illustribus, qui in quarto Ecclesiæ sæculo flouerunt, nihil aliud tibi dicendum suppetat, amplum, ac perutile tibi proposnam differendi argumentum, de successione vide- licet, & serie Episcoporum, qui præcipiua Ecclesiæ Sedes, Romanam, nimirum, Alexandrinam, Antiochenam & Hierosolymitanam in quarto Ecclesiæ sæculo occuparunt. Quamvis enim de multis Sedibus illarum Episcopis sèpius mentionem hactenus feceris, nihil secius ad meam juvandam memoriam, cui multum placent res scite dispositæ, & in bono ordine collocatae, vehemen- ter optarem, ut accuratam istarum Sedium Episcoporum seriem mihi in præsentia exhiberes.

M. Ne longius nostrum protrahatur Colloquium, plura non addam; sed de argomento, quod proponui, in proximo nostro Colloquio, auxiliante Deo, copiose differemus.

COLLOQUIUM V.

De continua successione, seu serie Episcoporum, qui in quarto Ecclesiæ sæculo præcipiua Sedes, Romanam videlicet, Alexandrinam, Antiochenam & Hierosolymitanam tenuerunt.

D. Plurimi nostra interest, continuum exhibere successionem Episcoporum, qui præcipiua

Ec-

ECCLESIASTICA.

Ecclesiæ Sedes tenuerunt, ut inde contra Hæreticos palmare ducamus argumentum, quo palam fiat, doctrinam ab ipsis Apostolis prosectam, per continuum Episcoporum successionem ad nos usque, quasi de manu ad manum, de aure in aurem, sa- nam & illibatam sive propagatam. Verum, Historia, quam descripsisti, tot Hæresum, Sectarum & Factionum, quibus in quarto sæculo varias in partes distracta sunt Ecclesiæ, haud obscure insinuare videtur, sive aliquandiu interruptam continuam illam seriem Catholicorum Episcoporum, qui id ætatis præcipiua Ecclesiæ Sedes occuparunt. Et sane, cum isti diversarum partium homines in id certatim conspirarent, ut Episcopos suis factio- nibus addicatos præcipiua Ecclesiæ Sedibus præficerent; cum etiam Imperatores pro suo nutu, & arbitrio præcipiuarum Sedium Episcopos Catholicos expellerent, & in eas Hæreticos auctoritate sua intruderent, cum denique non deessent ambicio- niosi homines, qui præsumptione prælationis, & amplioris honoris pruritu ad nobiliores Ecclesiæ Sedes aucto- ritarum involarent, qui, amabo- fieri potuit, ut tot inter tumultus, rerumque vicissitudines interrupta persisterit Catholicorum in præcipiua Ecclesiæ Sedibus Episcoporum successio?

M. Non ablidunt quidem a vero ea quæ dicas, sed tamen continua Orthodoxorum Episcoporum in præcipiua Ecclesiæ Sedibus successioni officere non debet ea qualiscumque Catholicorum Episcoporum interrupta successio, quia licet maxima adhibita vi, milleque interpositis nocendi artibus interrupta interdum fuerit Catholicorum Episcoporum in præcipiua Ecclesiæ Sedibus successio, revera tamen in cordibus Fidelium jugiter perseveravit, & illæ præcipiua Ecclesiæ, expulsis invasoribus, nunquam a legitimi, & Catholicis Pastoribus fuerunt divulgæ, sed in eorum communione, & in doctrina ab ipsis tradita inviolabili fide semper persisterunt.

D. Distinctam itaque, & accuratam exhibe- nunc Episcoporum in præcipiua Ecclesiæ Sedibus successionem, & eadem opera recense mala, pe- ricula, & incomoda, quæ pro Fide Catholica passim sunt.

M. Initium ducam ab Episcopis Ecclesiæ Romanæ, quæ Mater est omnium Ecclesiarum, & cui, ceu sacræ anchoræ, indulse adhaerere debe- mus, si salvi esse velimus. Et in primis, memini me jam observasse in secundo Colloquio, quod habuimus de successione Episcoporum Sedis Romane in tribus primis Ecclesiæ sæculis, Marcellinum suscepisse Pontificatum Romanum sub finem tertii sæculi, pridie Kalendas Julias, seu die tricesima mensis Junii anni Christi ducentesimi nonagesimi sexti; epunque sedisse annis octo, mensibus tribus, diebus viginti quinque, ac subinde obiisse die xxiv. Octobris anni Christi ccciv. Diocletiano IX. Augusto, & Maximiano Herculo VIII. memini insuper, me ostendisse in Colloquio tertio de Conciliis, quæ in quarto Ecclesiæ sæculo fuerunt celebrata, vulgo jactatum Marcellini Papæ in idolatriam lapsum merum esse commentum ac male consarcinatam fabulam, quam contra Petilianum Donatistam disputans Sanctus Augustinus

explosit, & quæ locum non habet nisi in Actis Concili Sinuellani, quorum certa suppositionis in- dicia exhibent Papebrochius, Pagius, aliique vi- ri eruditæ. Quare, cum hæc omnia jam comper- ta habeas, plura de Marcellino in præsentia di- cere supercedebo. Duo hic tantum velim obiter advertas. Primo, suppositias esse Epistolas De- cretales, quæ Marcellino Papæ affinguntur, nec non pariter adulterinæ esse ejusdem Marcellini Epistolam ad Salomonem Episcopum, quæ incipiit cum verbis Leonis I. Epist. 93. juxta veterem Editionem: *Quam laudabiliter pro Catholicæ Fi- dei veritate*. Est etiam hæc Epistola consarcina- ta ex testimonio Idacii ad Warimundum c. 51. 52. 53. 54. & ex testimonio Hormisdæ Papæ Ep. 24. & 25. ut jam a viris doctis fuit observatum. Præterea, advertere debes, nullam Marcellini Pa- pæ fieri mentionem, sive in Chronico Eusebia- no, sive in Martyrologio Hieronymiano. Quo- fit, ut aliqui viri doctissimi Marcellinum, & Marcellum distinguendos non esse existimant. Quia in re eos decipi certum omnino est. At enim, Auctor Chronicus Damaso Papæ attributi sedente Liberio Papa vixit, & utriusque Pontificis Mar- cellini, & Marcelli non solum meminit, sed etiam quot quilibet annis, ac diebus sedet, memo- rat. Præterquam quod S. Augustinus, qui ex- ente quarto sæculo floruit, utrumque Pontificem agnovit, & accurate distinxit, quemadmodum & Optatus Milevitanus ab Eminentissimo Baronio citati.

In Chronico Damasi laudato dicitur, post Mar- cellini Papæ obitum vacasse Sedem annis vii. mensibus vi. diebus xxv. Sed viri Chronologiae periti docent, hanc locum esse corruptum, legen- dumque, vacasse Sedem annis III. mensibus iii. diebus xxv. Nam Marcellus, qui fuit successor Marcellini, ordinatus est Pontifex Romanus die xxvii. Junii anni ccvii. in quem incidit dies Dominica. Sedit autem Marcellus annum i. men- ses vi. dies xx. & migravit ad Dominum die xvii. Kalend. mensis Februarii, seu die xvi. mensis Ja- nuarii anni cccx. Marcello Papæ duæ Epistole Decretales attribuuntur, quæ tamen sunt suppo- sitiæ. Prima est ad Episcopos Antiochenæ Pro- vinciae, in qua leguntur loca ex Acacio Constan- tinopolitano Episcopo, Hilario, Innocentio, Gre- gorio, Leone, & aliis Marcelli posterioribus Scriptoribus deponpta, & insuper fictitia. Consula- tu notatur: *data Kat. Aprilis Maxentio & Maxi- mo V. C. Coss.* Secunda directa est ad Maxentium, & incipit cum verbis S. Gregorii Epist. 214. li- bri septimi, secundum veterem Ordinem, & con- tinet aliorum posteriorum Scriptorum complura loca, citatque Scripturam Sacram ex versione San- ti Hieronymi, quæ solum in quinto sæculo fuit ab ipso lucubrata. Denique, notatur *Maxentio*, & *Maximo V.C.Coss.* qui Consulatus prouersus fictitious est.

Post mortem Marcelli Papæ, vacavit Sedes dies viginti, ut legitur in auctiori Chronicæ veterum Pontificum, & die V. Februarii anno cccx. Euse- bius Marcelli successit, sed que menses quatuor & dies sexdecim, obiitque die xxi. Mensis Junii eiusdem anni cccx. Tres circumferuntur Epistolæ Decretales Eusebii Papæ, sed confictæ, & sup- positiæ.